


**NUPTIIS || EXCELLENTIS POETAE || M. MARTINI || BRASCHII LOGI=||CES IN  
INCLITA ACADE-||mia Rostoch. Professoris,|| Et || DOROTHEAE BADEN ||  
Virginis ornatißimae:|| CARMINA COLLEGARUM || & Amicorum.||**

Rostock: Reusner, Christoph aus Neustadt, 1597

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1740913094>

Druck Freier  Zugang





100

2806

~~A. Dd. 6~~

~~Heber V-5344~~

~~with 4 more //~~

69-2065 1-30


<nos>



Physiologie des Menschen

- 4 -





13.  
00



NUPTIIS

EXCELLENTIS POETÆ

M. MARTINI  
BRASCHII LOGI-  
CES IN INCLITA ACADE-  
mia Rostoch. Professoris,

Et

DOROTHEÆ BADEN  
*Virginis ornatissima:*

CARMINA COLLEGARUM  
& Amicorum.

Rostochij excudebat Christo-



phorus Reifnerus. 1597.



**S**I voce rectè Romanus, suâ  
marisq; feminâq; copulam,  
à matre dicit matrimonium;  
Viri quod vxor fit de semine  
mater, maritum & nuptia vinula

pulchrâ parentem quod prole efficit:

Optate dulcium sodalium

BRASCHI, quis improbet, viraginem

si sempiterno jungas vinculo,

eamq; matrem, hoc est, concediti

Velis manere custodem tui,

paterq; particeps ve dicier

ejus, quod, ambobus volentibus,

confusio rerum communium,

commune lecti pignus fecerit?

Martinus Nigrinus I. U. D.

II.

**D**VM tibi Dorotheam divino munere jungis,  
Nostri, Braschiade, gloria docta chori:  
Dorotheam, facies cui flavo crine decora est,  
Ceu candens auri pondere fulget Ebur.  
Perq; genas color ingenuus cui purpurat albas,  
Rubra velut, puro quæ rosa lacte natat.  
Dum tibi Dorotheam divino munere jungis,  
Nostri, B R A Schiade, gloria docta chori:  
Apprecor, ut fausto vestri jungantur amores  
Oscine, Tobiade, quo Sara juncta fuit.

Iohannes Simonius Decanus  
Collegij Philosophici.

Quana



III.

**Q**uam tibi sancta Trias, Collega<sup>s</sup> amice, Maritam  
 DOROTHEAM jungit, nomen & omen habet.  
 Unde ubi evenient hac MVNERE VOTA IEHOVÆ  
 Prospera (ut ex animo comprecor hisce metris.)  
 Nulla tui prorsus conturbet noxa suavis,  
 Vincula Coniugij, mors nisi sola semel:  
 Quam procul à vestris tadis oro arceat IAS,  
 Concedat vobis Nestoreosq; dies.  
 Pignora detq; ihori pia, casta, modesta iugalis,  
 Se quibus exhilaret letus uterq; parens.  
 Plurima grata Deo faciant qua, & commoda vita  
 Hujus promoveant in statione sua.  
 Hicq; DEO celos plantent, ac altero in aeo  
 Vobiscum teneant Regna beata poli.

Marcus Hassæus Professor He-  
 braeæ linguæ.

IIII.

**Β**ΡΑΣΧΙΕ ὄσι βίθ Βραχίε δυτθ ἐνί χθονί, μεσοῦ  
 ἀργαλειοῦ πόνου, λευγαλέε τὲ κόπη:  
 σύμμαχον ὄν ποικίσε βίεθ γέννημα βροτοσί,  
 ὅτ, τι φύσιν κοινήν, ἢ ἢ τ' ἄλλ' αἰχφ,  
 τέκνα τρέφῃ, γλυκίπικρά φέρῃ τε θ' ἀνδρὶ ἀρήγῃ,  
 ἢ δὲ δίδωσι χάρι' πάντοτ' ὀφελομνήν.  
 ταῦτα σὺ φραζόμενθ μετέπειτ' ἔργωτε λόγω τε  
 νυμθίε, γηθοσύνωε εἴργε τήν γαμετήν.  
 εἴργε τήν γαμετήν, τί γὰρ ἡδύτερον καὶ ἄριστον;  
 νῦν βόνθ ἀμνηθ, καὶ βραχίε ὄσι βίθ.

Johannes Posselius, Græcæ linguæ  
 Professor.

A 2

Messis



## V.

**M**Esis perennis Laurus Opimia  
 Multos, & eòsdem nobilitant opes,  
 Et patrimonium: beatus  
 Quem decorat sua promerentem  
 Virtus, & alis fama perennibus:  
 Non iurpis auræ prostitulum, neq;  
 Vulgò datum, non fastuosum  
 Ambitione mala. sed usq;  
 Sincerum, aperta frontis, & integrum,  
 Mensus suo se qui modulo, ac pede,  
 Sentire novit de seipso,  
 Quantum operæ est, aliisq; dextra.  
 Qualis secundo consequitur DEO  
 Laurus coronam B R A Schius innuba  
 Et suave Nepenthes malorum  
 DORothen juvenem puellam.  
 Vivat benigni nuncia C Æ S A R I S  
 Vivat perenni Laurea seculo,  
 Et floreat capite alma digno  
 Perpetuas paritura laudes

Sal. Frencelius à Fridenthal  
 P. Cæsarius & Professor  
 Iuliæ.

## VI.

**B**RASCHI, flos hominum, corona Vatun  
 Idem philosopha medulla suade,  
 Nunc vellem mihi, si liceret, unum  
 Vnum ex omnibus impetrare votum.  
 Scin' tu, quale? FREDERVS esse vellem,  
 Vellem BRASCHIVS esse, sed poëta  
 Non sponsi officio: deinde vellem,

Non

Et SIMONIVS esse; tres Poëte,  
Tres docti, ac hilari, ac pii Poëta,  
Tres in unâ Academiâ Poëta.

B R A S C H I, hæc optio nõnne luculenta est?  
Fortè & ambitiosa? sed profectò  
Isthâc ambitione dignus & tu  
Et quæ dimidium tui puella est:  
Immodò dignus ego atq; tu seorsim,  
Qui nos inter amamus, atq; Musæ  
Et vatum socio calemus igni.

Quàm multis elegis & expoliis,  
Quàm multis simul & bonis phaleucis,  
Et quàm magnificis item Hexametris  
Ornarem teneros amoris igneis,  
Quæis vos uritis intus, intus uri  
Quæis vobis volupe est, & ustulari  
Vita continuos avertis annos!

Nunc tantum (quod & absque convocato  
Vatum subsidio expedire possum)  
Vos & vivere, vosq; copioso  
Fetu crescere; vosq; luculentis  
Abundare bonis, deiq; Christi  
Et votis hominum placere, votis  
Sanctè posco meis. Fac d, gemellis  
Quæ voti rata sint, Iehova, N U P T I S!

Vittebergæ faciebam

Frid. Taubmanus, Francus  
P. C. & Poeseos Professor.


VII.

V T gratus essem pro tua de liceris  
Oratione, proq; missis versibus,  
Remitto dodecadas, humillimo stylo

A 3

Factas,

Factas, ut has sex consulas boni, rogans,  
Vi nuptiis lux clara fulgeat, precans.  
BRASCHI, mihi qui ignotus es, vult tuos  
Sed versibus notus, salutis plurimum  
Tibi, atq; dilectissime dico. Vale.



## ODE EPITHALAMIOS.

### DODECAS PRIMA.

**G**entis hirundinea<sup>s</sup> infans  
Garrulitas homini, cui  
Mentis est paululum, insuavis  
Accidit, injiciens  
Certè dolorem, aut excitans  
Ridiculum vehemens,  
Mirabilibus nimie sententiis,  
Atq; verbis picta, sepe magis ficta,  
Carmina quando canit  
Vniusmodi, non Musice,  
Heroico, & docto viro,  
Viliq; servo.

### DODECAS SECVNDA.

**G**arrula, ficta abolerentur;  
Vera manèntine perennes  
Et probrosa, & fraudulenta  
Inclutus haut celebrat  
Vnquam Camenarum chorus,  
Integra semper amans,  
Ornans celeberrima, laudans optima.  
Longiusne ibo? ò utinam resonantem  
Nunc manibus citharam  
Prædam, canam paucis utis

Deside-

Desideratas nuptias  
Dii Poëtae !

D O D E C A S T E R T I A

Egregiusne Poëta  
Magnanimùm populorum  
Gloriosi præco facti ?  
Plurima nox tegetet  
Hic ni esset, ignorantia  
Perpetuis tenebris,  
At posteritas ni hil omnium nosceret.  
Hicce res gestas jacit in loca multa.  
Sol veluti radios  
Lux ipse rerum: versibus  
Vivuntne præstantes viri,  
Heroidesq; ?

D O D E C A S Q V A R T A

Plurima quid referam? inter  
Egregiusne Poëtas  
Perbene quem poluit  
Natura, cui nate Jovis,  
Ac clarus puero  
Non displicere: quid? arrisere cul.  
Quem suo cum fratre novem studiosè,  
Atq; fide ex puero  
Parvo in juventutis vigo-  
Rem, ipsa ex juventute in virum  
Duxere clarum.

D O D E C A S Q V I N T A

Pernimium sienti  
Quàm satis ambrosia unda  
Huic propinavere sacro ex  
Fonte! quis invidet?  
Nunc altera bis Musis novem

Ann-

Annuneriata nova,  
Quam, BRASCHIADE, Venus arriuens tibi  
Ducet in lectum, validè tibi gratam.  
Hancce novem decimam  
Non invident, qua te jubent  
Nymphen modestam, candidam,  
Pulgramq; amare.

D O D E C A S S E X T A.

D O R O T H E E N amet ille,  
B R A S C H I A D E N amet illa  
Mutuo: nil turbet ambo.  
Cordi premi careat  
Luctus, acerbi jurgii  
Ufq; torus careat,  
Tatri careat aloës, absinthii  
Et torus tatri careat: Furia absinti,  
Mentem, animumq; ciens  
Aia absit; oratus, bona  
Dans cuncta cunctis, absit: hoc  
M A N C I N V S optat.

Georgius Mancinus Rector  
Scholæ Butzoviensis.

VIII.

C A T V L L V S alta maxima gloria  
Vrbis Veronæ, & laus Heliconic  
Cohortis ingens, ut sua olim  
Delicias adamans puellæ  
Cantat venusto carmine passerem  
Tenellulam, blandumq; , tenellulæ  
Blandiq; amicæ L E S B I I L L Æ,  
Ore ferens niveos lepores:

Si nunc

Sic nunc Poëtarum, redimita sunt  
 Quorum virenti Daphnide tempora,  
 Decus per amplum BRASCHIVS, tuum  
 Gloria castalis catervæ,  
 Dum melculille virginis intimis  
 Ingenti amore exastuat osibus:  
 Et hanc sui numquam quiescit  
 Delicias animi vocare.  
 Sponso cui nuper nova serula  
 Ex candidis & purpureis rosis,  
 Quæ mitteret donò puella,  
 Officiosa VENVS parabat,  
 Dicens: Re fert illud niveum; alterum  
 Verò colorem puniceum refert:  
 Et durat hic ut æviternum,  
 Candidus ille color manetque:  
 Sic jungat & sincerus Amor duo,  
 Vinclo perenni, candida pectora;  
 Erynnis haud obsit: jugalem  
 Nulla procella fidemque solvat.  
 Fallor? sit anne hac illa dies, duos  
 Quæ jungit? Est certè. modò Cinxia,  
 Et Hymen, & Manturna, nec novæ  
 Viula, prospera signa præbent.  
 Gaudete Cives; plaudite, plaudite:  
 Gaudete Vates, quotquot Humus fovet,  
 Curasque tristes, atq; acerbos  
 Pellite pectoribus dolores.  
 Hæc est dies, quâ jungitur optimum  
 Chori puellaris decus optimo  
 Viro, Poëta Laureato,  
 DOREOTHEA suo marito.  
 O laude lux dignissima maximâ!  
 Honore lux dignissima maximò!  
 Lux maximò digna ò triumphò!  
 Digna dies niveo lapillò!

Quid

Quid queso contingit tibi dulcius,  
 POETA, quam libare corallinis  
     Sp. nse tue compressiora  
     Savia suaviculae labellis?  
 Jam si liceret dicere paullulum  
 Mibi, quod acceptum foret, optimus  
     Profecto divinator essem:  
     Singula Cordis & expedirem,  
 Poeta sed tu singula cum scias  
 Amor puellarum sibi quid velit,  
     Aut nupta nuper ducta, norunt  
     Omnia gnauiter ut Poeta,  
 Ego silebo: paucula virginis  
 Tua auribus tantummodo suggeram,  
     Vi constet illi sit maritus  
     Qua ratione colendus. Ergo  
 Tu Sponsa de prima vice Corculum  
 Tuum, tuum Sponsum, ut decet, excipe,  
     Illam tui vultus pudici  
     Pupulam, & optimum amoris ignem.  
 Deinde collo subijce brachia,  
 Morsu laceffens ora tenellulo  
     Mille oscula illi fige, mille  
     Altera junge, pudor nec obstat.  
 Nec semper udum basium dabis,  
 Nec mixta blandis sibi risibus;  
     Nec semper in viri recumbe  
     Implicitum, VENERILLA, collum:  
 Mensura rebus sit sua dulcibus.  
 Si forsitan vir mentem animi acrius  
     Doloribus mordet, vel angit,  
     Vel gravis ira subit maritum:  
 Sana doloreis: reddeque mitius  
 Iram, atq; gestu te insinuato, tum  
     Inserpe collo, MIVIR, addens,  
 Quid maceras animum dolore?

MI

MI VIR, ames quin me, ME A LVX, MEVM  
NECTAR, MEVM SOLATIOLVN, MEVM

Decus; precor, dilecte P A S S E R,

Tristitia maculas reléga.

Talis tuo Sponso medicina sis:

Talis tibi Sponsus medicina sit:

Hunc passerem dum tu vocabis

Vinula ei esto columbulilla.

Mox te tenebit vir gremio suo,

Amabit & te plus oculis suis;

Curas ferendas Æolo dans,

Ludet amabili amore tecum:

Et te sui solatiolum unicum

Dicet doloris, teque animi unicum

Levamen, & cura medelam

Dixerit omnibus in diebus.

Gaude ergo tali virgine, & utere,

POET A, florenti decore; & puta

Nil suavius, mortem subire

Quàm mediò vel amoris astu.

Ego ipse, vite quod superest mea,

Suspiciosus plenus armoribus

Degam: Senex Venas calebo

PHYLLIDIS igne venustulilla.

Sed vota restant, que thalamo tuo

Debentur: Ergo S P O N S E peroptime

Diutiùs te non morabor;

Talia vota dabo, precibusque:

Cingat thorum Concordia: copulet

Vos arcus ignis, prestò ut Eròs, Eris

Absit procul: circa jugalem

Agmina sint thalamum Angelorum.

Vestrà sit & presens PIETAS domò:

Vigil cohors S P E S, cumq; FIDE SALUS.

Sit; si mali quiddam invenitur,

Vt thalamum fugiat jugalem.

Et inter



Et inter hac fortes Calydonia  
Obite munus, BRASCHIOLVS puer  
Vt ad pedes vestros oberret  
Ter tria cornua post Selenes.


M. Christoph. Berchar  
Pharodinus.

IX


**Q**uod saepe summum Candide vir pijs  
Votis Monarcham poscere pectoris,  
Tandem beabit te serena  
In thalamum venit ecce Nympha.  
Talem pueſſam gratulor intimo  
Ex corde. vobis corpore duplici  
Mens una sit, donec senectus  
Sera vocet sub amena templa  
Ambos ab orbis perpetuo malo.  
Rerum parens dei munifica manu  
Largas opes: multâ penates  
Prole beet recreante caras.


Balthasar Wunnius  
Malchinensis.











In squallor  
 Lug  
 Ante alios  
 Ex t  
 Precipue  
 O cæt  
 Namq lic  
 Contr  
 Iam tamen  
 Assia  
 Crediderim  
 Adspi  
 Nati, qui,  
 Nom  
 Sed quog c  
 Cunct  
 Non pote er  
 Natu  
 Abstineat,  
 Tanqu  
 Quid referat  
 Qui P  
 Atq, mihi h  
 Visus es  
 Attamen ha  
 Heu qu

bro se quisq, peremptum  
 ata! perciti amaritie:  
 par, VLRICE, Sororum  
 os mentis inopsq, obitu;  
 bæbi mysta Caseli,  
 unice Palladii.  
 septum noxia pectus  
 utriusq, siet:  
 pressum nube doloris,  
 fleu habuisse genas  
 altim cum flebile corpus  
 am feretro impositum,  
 d te Patrio donarat  
 trã tibi carus erat:  
 lli in vultum serpere tabes,  
 eneno inficere occiperet.  
 t, matris, ut, insita quisquis  
 semina, cordolio  
 os cadere immaturã,  
 lilia falce, videt.  
 e sient hæc funera cunctis,  
 ut nomina & Anisim?  
 amq, ut tibi tempore nullo  
 VLRICE, mihi fueris:  
 ad luctu servire, Parentis  
 ui cum mihi prælegeret

Scripta

